




Libellus auro praestantior de animae praeparatione in extremo laborantis, deq[ue] Praedestinatione & Tentatione Fidei.

<https://hdl.handle.net/1874/429981>

ju

6



LIBELLVS AV

**RO PRÆSTANTIOR
DEANIMÆ PRÆPA**

**ratione in extremo laboran
tis, deq; Prædestinatio
ne & Tentatione
Fidei.**

S
Philosophiæ amatori Candido, Vulphango Rappio
Iohannitæ Hagenoio, Iohannes Secerius
Lauchensis sese commendat.

Nillus est ferme nunc angulus, Candide Vulphange, qui non uel intestino bello, aut externo aliquo tumultu dilanietur. Neq; uero ædes reperiās tam pusillas, tam humiles quæ non suo quodam dissidio trepident. Vsq; adeo in humanis rebus deteriora sequimur procliuius, quàm amemus utilia. Ita ut minime mirum uideri debet cuiquam, cur quidam litem inter initia rerum naturalium posuerint. At quæ malum hoc unquam in literas prorepisse, quid dici potest absurdius? quid item calamitosius? Neq; in literas ut uocant seculares, sed sanctas, sed Dei Opt. Max. ore promulgatas. Tametsi conicere facile fuerit, unde hæc dira lues sese intruserit, nempe ab Sophistarum ampullosis proclamationibus, genere hominum ad dissidia, ad simultates, ad pertinaciam, nato. Quorum in locum successisse uidemus nonnullos superioribus annis, qui falso se Theologos nominari postularunt, cum nihil sint minus. Nam eorum si excutias scripta uelut Silenum quenpiam nihil offendet, quod uel minutulum illud γῆ de Deo sonet. Quod si ficticia quædam, & nuper exco- gitata uocabula fecerneris, nihil erit quo charta deliniatur. Quare ne diutius in his perniciosis tenebris erremus, expulsis Simiis illis purpuratis, uera & genuina recipiamus. Quorum è numero non infeliciter depromptus est ille libellus, quem si perlegeris, fateberis non male me tibi consuluisse. Vale mi Vulphange &, quod facis, perge fauere doctis.

In die malorum memor esto bonorum, Et in die bonorum memor esto malorum.



VVM OMNIS VITA CHRISTIANA sit martirium quoddam, & assiduus cum diabolo confictus, sicut & Iob dicit, Militia (seu ut innuit alius textus) Tentatio est vita hominis super terram

Augustinus
Ambrosius

Impossibile est ut vnquam possit esse securus & quietus, ideo necesse est vt secundum præceptum Christi semper uigilemus & parati simus.

Verum notandum, qd duplex est Tentatio, scilicet Dies bonorum, Dies malorum, hæc est a sinistris, illa a dextris, hic cadunt mille, ibi cadunt decem millia, hic peccatur desperatione, timore, pusillanimitate, tristitia

Duplex tentatio.

impatientia, ibi peccatur præsumptione, securitate, inepta læticia, confidentia &c. Ideo plures pereunt tempore pacis q̄ tempore belli, plures perduntur prosperitate q̄ aduersitate. Quocirca cū in omni aduersitate, tum præcipue in tempore mortis, huius doctrinæ regula

Plures pereunt tpe pacis quā tpe belli

diligenter est seruanda, vt in die malorum memores simus bonorum. Et e contra, in die bonorum memores simus malorum, quando vita fauor gloria sanitas cæteraq; mundi transitoria arriserint.

Regula quæ uis cōditiōe obseruāda.

Qui enim in tempore prosperitatis timet ac sollicitus est, sicut Iob ait. Verebar omnia opera mea. Et Sapiēs. Timor tpe

Beatus homo, qui semper est pavidus, hic patitur a se ipso & in se ipso, intus portans crucem & passionem,

prosperitatis.

DE MORTIS PRÆPARA

foris autem salutem & pacem. Tunc enim foris operatur, sed intus patitur. Intus Christum crucifixum, foris gloriosum portat.

Spes tēpore
aduersitatis

Qui autem in tempore aduersitatis sperat ac letatur in Deo, memor bonorum eius. Sicut Apostolus ait ad Roma. v. Gloriamur in tribulationibus &c. hic patitur ab aliis & extra se ipsum, foris portans crucem & passionem, intus salutem & pacem. Tunc enim foris patitur quidem, sed intus robustissime operatur. Intus Christum gloriosum, foris crucifixum gestans.

Miraculum
in die bono
rum & ma
lorum

Vide ergo miraculum, quod in die bonorum Deus auertit oculos a bonis, quæ apponuntur presentia, & intuetur mala quæ non videntur, & sunt absentia. Rursus in die malorum auertit oculos a malis, quæ videntur, & intuetur bona quæ nusquam apparent.

Qui in die
malorum tū
modo mala
consyderat.

Quod si quis tam stultus fuerit, ut in die malorum tūmodo mala inspiciat & consideret quæ affunt, oblitus bonorum. Nec auersus a malis hic necessario timet horret, fugit, cadit, tristatur atque desperat. E contra, si æque stultus in die bonorum, tantum ipsa bona inspiciat oblitus malorum, nec auersus a bonis, hic necessario praesumit ridet letatur, timoremque dei. id est. verum dei cultum reiicit, securus omnique malo propinquus. Et hæc duo agunt homines mundi ut videmus experientia, qui presentibus malis non nisi flere queri dolere nouerunt. Presentibus autem bonis non nisi ridere insanire & dei obliuisci.

Qui in die
bonorum bo
na solum in
spicit.

Corollarium

Corollarium. Cum nulla sit hora in qua non agitur vtram illarum dierum, scilicet bonorum vel malorum.

Necesse, vt nulla etiam hora sit, Christianus quin uel timeat uel speret, timeat in prosperis, speret in aduersis, Sed timere in prosperis non potest, nisi oblitus gratiæ & bonitatis dei aduersa .i. iram iudicium minas dei consideret .i. memor sit malorum. Ita nec potest in aduersis nisi oblitus iræ minarum iudicii dei, consideret prospera & bona .i. suauissimam misericordiam dei atq; inestimabilia beneficia eius. Hæc enim duo sunt sacrificia quæ deo placent, vnum laudis quod in aduersitate soluitur, de quo Sacrificium laudis honorificabit me &c. Alterum crucis, quod in prosperitate soluitur, de quo dicit, Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum & humiliatum deus non despiciet.

Nulla hora est in qua christianus uel nō timeat uel speret

Quæ cum ita sunt, patet qd deus sanctos suos nō nisi in contrariis rebus saluat, quia per aduersitates exaltat intus, & per prosperitates deprimit intus, & confundit sapientiam mundi. Quæ exaltatur in prosperis & deprimitur in aduersis, quia nescit neq; sustinet consiliū dei.

Deus suos in aduersis saluat

Ex istis itaq; patet. Quomodo obuiandum & resistendum sit diabolo in infirmitate & morte. Hæc enim est omniū vt nouissima ita maxima aduersitas. Hic enim summe cauendum est, ne diabolo consentiatur. Qui tūc non nisi peccata præterita, & horrorē mortis, poenāq; inferni furorem iræ diuinæ & insustentabilis iudicii omnino iudicio & mira astucia coram ponit, vt hominis cogitationem arripiat, & in istis malis hæerere faciat, ne sit memor bonorum domini. Sed tantummodo cogitet & æstuet, quō ab istis malis effugiat, & tñ fugere nō pōt.

Quōdā modo in morte resistendum

DE MORTIS PRÆPARA

Cautela.

Sol sub
nube

Deus semp
mitis

C Fallit autem plurimos, quod tam efficaciter eos urget, ut credant non a diabolo, sed a deo sibi talia opponi, cum tamen deus sit absconditus, & tunc maxime latens in sua bonitate quietus. Sicut quando sol sub nube, non est causa solis quod tristis est celi aspectus, sed nubium. Sol enim in sua luce idem est qui fuit, sed nunc latet. Ita deus semper est mitis. suavis benignus, quantumlibet nobis vel timore conscientiae vel diabolo agitate iratus appareat. Ita ut recte Salomon dixerit. Fugit impius nemine persequente. Et Moses. Terrebit eos sonitus folii volantis. Deus enim non persequitur, et tamen fugatur ab eo per obliuionem bonorum in die malorum.

Quid facie
dum si consci
entia dicitur
uel diabolo
negocium fa
ciat in mor
te de pecca
tis, de infer
no & ira dei

Si itaque uel conscientia dicat uel diabolus negocium faciat in morte, de peccatis, de inferno, de ira dei. Respondendum est. Hoc nunc non est agendum, & breuiter dicendum. Tempus flendi, tempus ridendi, peccata meminisse & iram dei, pertinet ad tempus bonorum. Omnia enim suum tempus habent. Ita cauendum ne tempora & opera eorum misceantur. Ad tempus autem malorum. id est. mortis, non pertinet malorum meminisse, & peccatorum aut poenarum, sed omnino bonorum tantummodo. Sic faciebat Psalm. xlii. Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei (hoc enim in morte uel mortis simili tentatione fit, ut etiam ossa. id est. omnes uires, debilitentur a facie malorum) dum dicant mihi per singulos dies, ubi est deus tuus. id est. ecce etiam non habes deum, quia & deus tibi iratus est,

TIONE LIBELLVS

2.

Es ist kein got nieren der dir helffen vvel. Quid ergo in hac die pessimorum faciet? Sperabit. Vnde sequit se ipsum a malis auertens. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Sed quid faciam? premūt me mala, nec apparet nisi mors ira infernus. Respōdet. Spe ra in deo, quoniā adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & deus meus. i. Ideo debes vtiq; sperare, quia bo na domini adhuc supersunt. Quæ ita tibi dabuntur, vt possim cū gaudio confiteri ei et dicere, Eia uere tu es sa lutare vultus mei, tu es deus meus. Sit quantum libet a mara tribulatio, scio & scio certusq; sum, q; adhuc con fitebor ei & laudabo saluatorem et deum, quem modo horres damnatorem & iudicem.

Quid in die pessimorū faciet homo

Cōqueriatur homo

Respondit anima

Homo ad animam

Tota itaq; machina diaboli in hora mortis est, Vt ista duo confundat, scilicet Diem malorum & memori am malorum, immo obliuionem bonorum. Econtra in uita & prosperitate ista duo confundit, Diem bono rum & memoriam malorum, immo obliuionem malo rum. Ideo quanto studio ipse hæc duo coniungit, tan to & maiore studio anima disiungat. Nam hoc est animal mundum, quod habet vngulam diuisam, vt sic in viuendo semper timeat, in moriendo speret, in vita mala meditetur, in morte non nisi bona. Sic in prospe ritate timeat, in aduersitate discat esse quietus & secu rus. Et beatus ac benedictus qui hanc regulam in uita sua per minores tribulationes uelut puer elementarius didicerit, vt in uera pugna artis suæ probationem pos sit exhibere, nã uita talis exercitata facile suscipit mortē

Toramachi na diaboli in hora mor tis que sit.

DE MORTIS PRÆPARA

Bonā ī die
malorū q̄rū
memoria ne
cessaria

Sapientia
docet disci
pulum

De die ma
lorū & bo
norū om̄es
ferme Psal.
exempla no
bis præbent.

Ulta autem bona, quorum memoria in die malorum necessaria est. Non sunt ea quæ nos fecimus. Sed ipsa misericordia dei tam exhibita quàm exhibenda. Exhibita est vita passio mors Christi domini nostri, & sanctorum eius. Exhibenda est ipsa æterna gloria, quæ in morte sicut in partu mulier anxietur pro filio nascituro. Ita per angustiam animæ paritur grauissima tribulatione. Nam de omnibus oportet illud verum fieri, hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Sic docuit Sapientia dei discipulum suum, in horologio æternæ sapientiæ dicens. In morte tua uide ut nihil aliud intuearis quàm passionem meam & misericordiam meam, ut spes tua possit stare.

Hanc regulam & Psal. ferme omnes obseruant, & exemplum nobis præbent, præcipue tamen Psal. cxlii. Qui cum petisset ne in iudicium cum eo deus intraret, & quomodo anxietus eius spiritus & turbatum cor suum erit, ita ut timeret ne domino auertente faciem, similis fieret descendentibus in lacum pulchre auertens oculum a malis istius diei, & memorat bona domini dicens. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus suis, & in factis manuum tuarum meditabor, hæc opera dei sunt, ipsa misericordia dei exhibita olim patribus in Christo, in omnibus sanctis que faciunt ut anima dulcescat sibi in deo, ac si facilius mala superet & in deo speret. Et Psal. iiii. Multi dicunt animæ meæ non est ipsi in deo eius salus. Ecce dies malorum. Sed uide quid facit. Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea

& exaltans caput. Ecce memor est bonorum auersus a malis. Et Psal. liii. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me & fortes quaesierunt animam meam &c. Ecce dies malorum. Sequitur memoria bonorum. Ecce deus adiuuat me, & dñs est susceptor animae meae.

Quare passiones & opera Christi sunt recolenda, non tantum vt per ea remissio peccatorum & salus animae postuletur. Sed tam diu ruminanda & imprimenda, donec anima admirata & dulciter effecta, in tam eximiam charitatem ac misericordiam dei dicat. Eia optie eia dulcissime, quid est homo? quid sum ego, nōne puluis & umbra? Ah talis dominus tanta pro me uoluit pati & facere. Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Quis satis adorare laudare benedicere mirari tam dulcem saluatorem potest? ve ve ingratiuidini nostrae, insensatiōi nostrae, cecitati nostrae, qui tanta bona nō sapimus, non amauimus, non praedicauimus vt dignum fuit &c. His enim uerbis & cogitationibus sese accendat ex suauissima passione Christi quantum potest. Quia cor amore in Christum accensum, facile omnia impetrabit, omniaq; faciet. Nam qui passionem Christi nō eo usq; meditatur, donec ex illa in amorem Christi accendatur, pro quo per talem amorem libeter faciat patiaturq; quae Christus uolet, nihil facit, quia solum pro remissione peccatorum uel salute illam meditatatur. Charitas em̄ sola tollit peccata, quae non propter suum commodum, sed propter amorem Christi odit peccata. Ideo si odium peccati ex charitate debet proce

Quare passio & opera Christi sunt recolenda

Ingratitudo nostra

Qui nō meditatur passionem Christi

Charitas sola tollit peccata

DE MORTIS PRÆPARA

Cur diabo-
lus meditati-
onem passio-
nis conatur
impedire

Non om̄is
qui dicit
dñe dñe

Quod si ali-
cui incidat
peccatū ob-
litū & non
confessum

dere & fluere. Oportet primo charitatē ex intuitu uir-
nerum operum passionis Christi .i. memoria bonorū
dei, haurire & sugere. Hanc autem memoriam & me-
ditationem passionis Diabolus sciens, solam necessariā
& salutiferam incredilibus negociis, tentatiōibus ob-
iectis conatur tunc impedire, magnificans multiplicās
exaggerans peccata, mortem, iram dei. Quibus cum aīa
rapitur, impossibile fit vt passionem Christi memoret
modo iam dicto, immo malorum intuitu territa, etiam
ipsam passionem, incipit tedere & odisse ac horrere.
Stulta nesciens, q̄ a malis & a diabolo auertendum sit,
quanta fieri potest uirtute & fiducia. Huic enim animæ
dicitur etiam si Christum inuocet. Nō omnis qui dicit
mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum. Et
illud stultis virginibus dicentibus. Domine domine ape-
ri nobis, amen dico uobis, nescio uos. Et Psal. xvii. Cla-
mauerunt nec erat qui saluos faceret ad dominum nec
exaudiuit eos. Quare? quia solum a deo clament ut sal-
uentur. Non autem ut deum diligant. Non ex amore,
sed ex cupiditate procedit eorum clamor. Igit̄ discat aīa
ex uulneribus Christi, ut Christus ei placeat, suauis sit
et amabilis in suis mirabilib⁹ & operib⁹ misericordiarū
Quæritur autem, quid si alicui incidat peccatum q̄d
sit oblitus & non confessus. Respōdetur, si amore Chri-
sti primo, ut dictum est, haustus fuerit, facile consilium
inueniet, unctio enim tunc docebit. Quod si docere nos
oportet, dicimus, q̄ doleat & confiteatur, si tantum ha-
bet tempus & potestatem. Quod si tempus non est, &

illa duo fuerint facienda, aut peccata cogitanda, aut passio Christi. Hic respondeo. Quod omissis simpliciter peccatis quibuscunque, etiam quomodocunque irruant, siue oblita siue confessa fuerint siue non. Solummodo in foraminibus petrae. id est uulneribus Christi haereat atque figuratur anime cogitatio. Nec moueat ullo modo, quod non sit contrita confessa aut etiam discussa peccata sua. Ratio, quia maius omnibus peccatis est negligere memoriam & amorem Christi. Ideo illud praeter omnibus primo est tollendum. Secundo, quia contritio & confessio peccatorum atque eorundem discussio seu memoria sine amore Christi est prorsus nihil, immo damnosa, nam damnati memorantur dolent ac confitentur peccata sua, sed sine amore Christi. Auget enim desperationem talis memoria peccatorum. Tertio, quia tam in uita quam in morte & in omni uera conuersione peccatoris, oportet contritionem & dolorem de peccatis non ex peccatis uenire, sed ex amore Christi. Amor autem Christi non uenit nisi ex beneficiis eius consideratis. Ideo dixi, quod ante omnia ex uulneribus Christi sugendus est dulcis affectus erga Christum, ut eum sicut suauissimum saluatorem agnoscat ac diligat. Quo facto, tunc sequitur recta contritio, uerax peccati odium & sincera conuersio. Quo non facto, contritio est ficta & simulata conuersio. Nam Psalmus xlvi. dicit. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem. Prius oportet placere iusticiam nobis, ut ex eius placetia & amore, & non ex pena iniquitatis iniquitatem odiamus. Non ergo prius odium iniquitatis, sed prius diligere iusticiam, quam dilectio inde uenit quam homo uidens maxima dei beneficia,

Maius oib⁹ peccatis est negligere memoriam Christi

Non amor Christi

DE MORTIS PRÆPARA

præcipue in Christo incipit sentire quod uehementer dignum sit amare Christum & deum, & obedire eius uoluntati &c. Tum simul uehementer odit se ipsum, quod talis neque sit neque fuerit, & tunc est perfecta contritio & poenitentia satis. In qua si moriatur etiam antequam dinumeret & discutiat peccata sua, nedum antequam confiteatur & satisfaciat, ipse saluabitur, quia amans deum & cui placet deus non potest perire. Si autem tempus fuerit satis, debet ea discutere atque confiteri omnino, ne diuinam uoluntatem offendant, si ecclesie clauis contempserit quae sunt ex deo.

Tentatio de
prædestinatione

Quæritur iterum, quid faciendum si de prædestinatione aliquis tentetur. Respondetur, quod contemnenda est. Primo, quia mera curiositas est immo temeritas ac tentatio dei, uelle scire consilium dei super se, quid deus de ipso cogitet aut disponat. Dicatur itaque diaboli premiū Quis nouit sensum domini? Non est mihi præceptum quærere quid deus cogitet super me, aut ullam creaturam, sed ut mirabilia eius mediter, & eum diligam. Nam ille est casus Luciferi, qui primo uoluit similis esse deo .i. scire sensum domini super se & omnia. Ideo uult & hominem ad illum casum ducere, ut scrutetur dei sensum quem deus non uult sciri, ac sic dum temere irruit in caelum, pessime corruat cum eo in infernum. Sat sit tibi quod scis dei uoluntatem esse, ut nescias eius consilium. Quod si non es contentus, iam superbus & similis diabolo factus es, ideo cum eo cades. Nam apostolus Paulus coactus est hac esse contentus, quando exclamauit. O altis

Qui temere
irruit in caelum
pessime
cadit in infernum

tudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quæ incomprehenfabilia &c. Igitur mane in simplicitate tua, & in uulneribus Christi, ut supra dictum est. Ne si scruteris maiestatem, ut Salo. ait, opprimaris a gloria.

CSecundo Prædestinatio non intelligitur melius, nisi in Christo, qui est sapiëntia dei, nam omnis cognitio dei in amore dei habetur. At amor dei sine Christo non potest haberi, ut supra. Quid ergo quæris cognitionem sine memoria uulnerum Christi? Meditare illum, & cum Apostolo dic, ego nihil me iudicauit scire, nisi Ihesum Christum, & hunc crucifixum. Si enim aliquid utiliter sciendum est, non enim nisi in Christo crucifixo sciri potest, qui est ostium nostrum. Qui autem ascendit aliunde hic fur est & latro, ideo suspendetur ad æternam damnationem. Hanc autem tentationem de prædestinatione grauissimam etiam Christus pro nobis uicit in cruce, quando audiuit. Confidit in deo liberet eum si uult. Non dixerunt, si potest, si nouit, sed, si uult, quasi diceret, uideatur quod deus non uelit, licet possit ac sciat. Ita diabolus & animæ ingerit, an deus eam uelit saluare, quia si non es prædestinatus non potest uelle te saluare. Hic itaque remittat diabolum ad aliud tempus. Quia hoc tempore non est disputandum de Prædestinatione, nec si disputetur aliquid prodest. Non enim ideo scire poterit. Quid ergo frustra querit, quod scire non potest nec debet. Et interim deo inobediens omittit quod debet. Hoc enim diabolus uoluit, ut inobediens interim fieret & teteret deum. Immo quid disputas nunc magis de Prædestina

Prædestinatio non intelligitur melius nisi in christo

Tentationem de prædestinatione Christus pro nobis uicit in cruce.

Diabolus remittendus ad aliud tempus

DE MORTIS PRÆPARA

tiōe q̄ cum in cunabulis puer esses. Efficere ergo & cō
uertere sicut puer iste, & intrabis in regnum cœlorum
hoc est noli uelle scrutari plus q̄ ille puer facit de tua
prædestinatione.

Christū dili
gens p̄desti
natus est.

Tertio fac diligas Christum, & certum est te esse p̄
destinatum. Non autem diliges, nisi memor bonorum
eius fueris, ut laudes prædices, ut supra satis dictum est.
Nec enim est possibile ut diligens Christum non sit p̄/
destinatus. Qz si deceptus omiseris bona Christi medi
tari, & diaboli disputationē. consenseris. Nihil nisi despe
rationem acquires, & tamen frustra quæres, quia non
poteris inuenire, tum deus nolit te id ipsum scire, Ergo
hanc astutam machinam diligenter caue.

Tentatio
fidei

Habe fidem
fidei

Quæritur etiam de tentatione fidei in Christum &
sacramenta &c. His enim omnibus diabolus desperati
onem quærit, multiscq̄ aliis. Inimmo omnibus aliis cogita
tionibus præter cogitationē. Christi, Respondetur aut̄
q̄ clausis oculis contemnenda est, & si non potes fidē
adhibere, habe fidem fidei. i. opta ut fidem habere uerā
possis, & crede in fide ecclesiæ uel amici tibi noti. Nam
omnia hæc non tua, sed diaboli mala sunt, ideo non de
sperandum nec defatigandum. Sic B. Bernardus fratri
suo pusillanimo non audente celebrare dixit, Vade fra
ter, celebra in fide mea. luit ille & celebrauit, ac liberat̄
est a tentatione.

Qñ diabol̄
a sinistris nil
p̄t̄, p̄ficere,
a dextris
incipit

Rursum autem si diabolus uidens se nihil proficere
a sinistris per desperationē ceperit, per nimiam fiduciam
& memoriā bonorū hoc agere, ut timor iudicii dei

penitus pereat, aut peccata & mala cōtemnantur, & sic
peiorē casum a dextris paret. Apprehēdēda est altera
pars huius doctrinæ, scilicet In die bonorum ne sis in-
memor malorum. Nam utrinq; periculum est, nimia se-
curitas & nimius timor. Contra illam ualet illud Apo-
stoli. Cum dixerint pax & securitas repentinus superue-
niet eis interitus. Contra istud ualet illud Iob. Cum te
consumptum putaueris, orieris sicut lucifer. Vt sic per
arma iusticiæ a sinistris & a dextris incedamus, intuen-
do bona domini. Si urget timor intuendo mala nostra
si palpat securitas, sic beatus qui timet dominum, et bea-
tus qui sperat in domino.

CTandem his in rebus & miseriis gratiam dei corde
& ore implorare debemus, & non solum in tota uita
pro ista hora, sed etiam in ipso agone, non confidere
de uiribus acceptis, sed magis orando petere ut timorē
uincamus memoria bonorum, & præsumptionem me-
moriam malorū, quā sine oratione operando quasi possi-
mus memoriam talem facere iam de facto. Oratio em̄
.i. desyderium eorum, quæ facere debemus nostrū est,
facere autem ipsum solius dei est, qui est benedictus in
secula. Amen.

CHagenoæ, apud Thomam Anshelmum
Mense Septembri.

1844578

TABLE

The first part of the work is a general introduction to the subject of the history of the English language. It discusses the various influences that have shaped the language over time, including the contributions of Old English, Middle English, and Modern English. The author also touches upon the role of literature and the standardization of the language.

The second part of the work is a detailed account of the historical development of the English language. It covers the period from the arrival of the Anglo-Saxons in the fifth century to the present day. The author examines the changes in grammar, vocabulary, and pronunciation, and provides examples of how these changes have manifested in the language.

The third part of the work is a study of the English language in its various dialects and regional varieties. The author discusses the differences between the dialects of the North, Midlands, and South, and explores the reasons for these differences. This section also includes a discussion of the influence of foreign languages, particularly French and Latin, on the English language.

The fourth part of the work is a study of the English language in its various social and cultural contexts. The author examines the role of the language in different social classes and in different cultural settings. This section also includes a discussion of the influence of the English language on other languages and cultures.

The fifth part of the work is a study of the English language in its various literary and artistic contexts. The author examines the role of the language in literature, drama, and the arts. This section also includes a discussion of the influence of the English language on other literary and artistic traditions.

The author of this work is a distinguished scholar in the field of English language and literature. His research and writing have been widely recognized and respected.

The author of this work is a distinguished scholar in the field of English language and literature. His research and writing have been widely recognized and respected.